



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

3. Impedimentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

lib. 8. disp. 25. à nu. 25. vsque ad 32.

16 Scientia; & ignorantia; & quæ in animo consistunt, probantur iuramento partis, lib. 1. disp. 61. fine, & melius l. 3. disp. 15. nu. 8.

*Impedimentum.*

1 Ipsi contrahentes interrogati ab Ordinario, tenentur manifestare impedimentum, quavis occultum sit. Idem de promovendo ad ordines, & licet infamatorium sit. Itē iudex potest interrogare obtinētes dispensationem in consanguinitate, an se cognoverint. Secus si dispensatio sit pro foro interiori, li. 3. tota d. 14.

2 Quando impedimentum est tantum impediens etiam iure naturali, (vt votum simplex castitatis, & sponsalia) & merus inquitur non in odium fidei, & cadit in virum constantem, contrahere solum matrimonium nulla culpa est, sineatur vero animo; si ficto, venialis. At illud consummare est mortale, licet metus cogat ad consummationem. Non caret tamen probabilitate, nullam esse culpam. Et idem dicendum, si sit impedimentum dirimens, lib. 7. disp. 5. à nu. 2. vsque ad 4.

3 Impedimenta dirimentia matrimonium, attento iure antiquo sunt 12 quibus sunt addita alio duo statuta iure nouo Trid. & sic sunt nu. 14. quæ his versibus continentur, lib. 7. disp. 7. à nu. 1. vsque ad 4.

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,  
Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas.

*Si ff. Affinus, si forte coire nequabis,*

*L. 6.*

*Si pa-*

*Si parochi; & duplicis desit presentia testis.  
 Raptave sit mulier, nec parti reddita tuta;  
 Hac socianda vetant connubia, facta retractant.*

4. Impedimēta impedientia sunt: 12. quinque primi non veniunt ex crimine; ceteri ex illo proficiscuntur, quæ omnia continentur in versibus sequentibus, *lib. 7. disp. 6. c. 1. usque ad 5. usque in finem; de quibus tractandū in suis proprijs locis.*

*Ecclesia vetitum, nec non tempus feriarum;  
 Atque Catechismus, Sponsalia, iungito Votum;  
 Impediunt fieri, permittunt facta teneri,  
 Incest. Raptus sponsata, mors mulieris.  
 Susceptus propria sobolis, mors bresbyteralis,  
 Vel si poeniteat solemniter, aut Monialem.  
 Accipiat, prohibent hac coniugium sociandum.*

5. Hodie non obligant ad culpam contractentem cum illis attenda consuetudine; absque dispensatione; nec requiritur scientia prælatorum, ut consuetudo vires obtineat. Exceptis tamen duobus, v. g. voto, & sponsalibus prioribus, & interdicto Ecclesiæ, *lib. 7. disp. 17. c. 1. usque ad 9.*

6. Impedimentum quando opponitur contra matrimonium, deferendū iuramentum est reo actore nil probante, *lib. 7. disp. 113. c. 28.*

*Impotentia*

1. Impotentes, cognitâ impotentia post contractum matrim. possunt simul esse, ut fratres; non tamen licent eis tactus; secus dicendum si adsit periculum in continentia. Iudex tamen

*Eccle-*